GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 33v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



molem malicie excute. et tunc alios de inpatientie le
uitate reprehende. ne dum studes simulationem uincere.
peius tibi sit aliena prua tolerare. Euenire et iam plerumq:
patientib; solet. ut eo quidem tempore quo uel aduersa pa
tiuntur. uel contumelias audiunt nullo dolore repulsen
tur. et sic patientiam exhibeant ut custodire etiam cordis
innocentiam non amittant. S; cum post paululum hec ipsa que per
tulerint ad memoriam reuocant igne se doloris infla
mant. argumenta ultionis inquirunt. et mansuetudinem
quam tolerantes habuerunt retractantes. in maliciam uertunt.
Quib; citius apparendicante succurritur. si que sit huius permuta
tionis causa pandatur. Callidus namq: aduersarius bellum
contra duos mouet. unum uidelicet inflamans ut con
tumelias prior inferat alterum prouocans. ut contumelias
lesus reddat. S; plerumq: dum huius uictor est qui iniuriam
persuasus irrogat. ab illo uincitur qui illatam sibi equanimiter
portat. Unius quoque uictor quem commouendo subiugauit.
tota contra alterum uirtute se erigit. eumq: obsistentem.
fortiter et uincentem dolet. quam quia commouere in ipsa
contumeliarum iaculatione non potuit. ab aperto certami
ne interim quiescens et secreta suggestione cogita
tionem lacessens aptum deceptionis tempus inquirit.
Quia enim publico bello perdidit. ad exercendas occul
te insidias exardescit. Quietis namq: iam tempore ad
uictoris animum redit. et uel rerum dampna uel iniu
riarum iacula ad memoriam reducit. cuncta que sibi il
lata sunt uehementer exaggerans intolerabilia ostendit.
tanto que mentem merore conturbat. ut plerumq:
uir patiens illa se equanimiter tolerasse post uictoriam
captiuus erubescat. se q: non reddidisse contumeli
as doleat. et deteriora rependere si occasio prebeatur